

DECRETI PARS DUODECIMA

Hec pars continet¹ de mendacio et periurio. De accusatoribus, de² iudicibus, de defensoribus et falsis testibus. Et de singulorum penitentia³

1

⁴Augustinus ex⁵ libro⁶ de mendacio

Primum est capitale mendacium, longeque⁷ fugiendum, quod fit in doctrina religionis, ad quod mendacium nulla conditione quisquam debet adduci.⁸ Secundum, ut aliquem ledat iniuste, quod tale est ut et nulli prosit, et obsit alicui.⁹ Tertium quod ita prodest alteri, ut obsit alteri¹⁰, quamvis non ad immunditiam obsit corporalem.¹¹ Quartum sola mentiendi fallendique libidine, quod mirum¹² mendacium est. Quintum¹³ quod fit placandi cupiditate de suaviloquio. His omnibus penitus evitatis atque reiectis, sequitur sextum genus, quod et nulli obest et prodest alicui, velut si quispiam pecuniam alicuius iniuste tollendam sciens, ubi sit nescire se¹⁴ mentiatur.¹⁵ Septimum quod et nulli obest et prodest alicui, velut si nolens hominem ad mortem quesitum prodere, mentiatur.¹⁶ Octavum est genus mendacii, quod et nulli obest, et ad hoc prodest ut ab immunditia corporali aliquem tueatur.¹⁷ Non¹⁸ igitur¹⁹ mentiendum²⁰ doctrina pietatis, quia²¹ magnum scelus est, et primum genus detestabilis mendacii²². Non est mentiendum secundo genere, quia nulli facienda est iniuria. Non est mentiendum tertio genere, quia nulli cum alterius iniuria consulendum est. Non est mentiendum quarto genere, propter mendacii libidinem, que per se ipsam vitiosa est. Non est mentiendum quinto genere, quia nec ipsa veritas fine placandi hominibus enuntianda est, quanto minus mendacium quod per se ipsum, quia mendacium est, utique turpe est²³. Non est mentiendum sexto genere, neque enim recte etiam testimonii veritas pro cuiuscumque²⁴ temporali commodo ac salute corrumpitur, ad sempiternam vero salutem nullus ducendus est opitulante mendacio.

¹ Hec pars cont. CRPBS; Haec duodecima pars cont. LM; Hec pars duodecima cont. H; *om. Fr*

² de CRPSM; et H

³ M adds *capitulatio cc. 1-87*

⁴ De octo generibus mendaciorum *add. as rubric* M

⁵ ex CPBS; de H; *om. M*

⁶ libro CPBSM; libris RH

⁷ longeque CRPSM; omnino H

⁸ ii *add.* PBS, *om.* CRVM

⁹ iii *add.* PBS, *om.* CRVM

¹⁰ ut obs. alteri *ss* V

¹¹ ivii *add.* S, *om.* CRPVBM

¹² mir- CPS; mer- M

¹³ repeated S

¹⁴ lacuna follows P

¹⁵ vii *add.* P²BS, *om.* CPRVM

¹⁶ viii *add.* PBS, *om.* CRVM. Septimum quod et nulli – mentiatur *at foot of leaf* V

¹⁷ (*Ibidem*, c. 21) *add.* M²

¹⁸ est *add.* VM, *om.* CPBS

¹⁹ canc. P²

²⁰ in *add.* C²RP²LM, *om.* CPVBS

²¹ quia PVM; *om.* CRBLS

²² Non igitur - mend. *in upper mg.* P

²³ Non est ment. quintum - turpe est *om.* S, *in* CPBM

²⁴ -cumque CRVLM; -que PBS

Neque septimo genere mentiendum est²⁵, non enim cuiusquam commoditas aut salus temporalis perficiende fidei preferenda est, nec se²⁶ quisquam in recte factis nostris tam male movetur²⁷, ut fiat etiam animo deterior, longeque a pietate remotior²⁸. Nec octavo genere mentiendum est, quia et in bonis castitas animi, pudicitia corporis²⁹, et in malis id quod ipsi facimus eo quod fieri sinimus maius est. In his autem octo generibus tanto quisque minus peccat cum mentitur, quanto emergit ad octavum, tanto amplius, quanto mergit³⁰³¹ ad primum. Quisquis autem esse aliquod genus mendacii quod peccatum non sit, putaverit, decipiet se ipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitratur aliorum.

Lib. de mendacio ad consentium, cap. 14] Ctp 3.22.1; IP 8.82A (= 8.124) (22, q. 2, c. Primum est.)

²⁵ opitulante - ment. est *om. with note of omission - ? add. in mg.* P, in CVBMS

²⁶ se CPBS; si M

²⁷ uncertain P

²⁸ propterea recte facta deserenda sunt *add.* M, *om.* CPVBS

²⁹ -oris CPBM; -oralis S

³⁰ emergit ad octavum - emergit ? *in mg.* C, *om.* B, *in text* PVSM

³¹ mergit RPVS; emergit CB; evergit [mergit (Vict. superadd. Fr)] M

2*

¹Toletano concil' VIII, cap. 4²

Omne quod in pacis federa venit tunc solidius subsistit cum iuramenti hoc interpositio roborat. Sed et omne quod animos amicorum conciliat tunc fidelius durat, cum eos sacramenti vincula ligant. Omne enim quod testis astipulatur, verius constat, cum id adiectio iurationis affirmit. Quod et si testis deficiat, innocentis fidem sola iurisiurandi taxatio manifestat.

Ctp 3.22.2; IP 8.83

¹ De soliditate iuramenti *add. as rubric* M

² Toletano (-anum BSA) conc. VIII c 4 CPBSHA; Ex conc. Tolet. VIII c 2 M

3*

¹August. super epistolam ad Galatas

Non est contra preceptum Dei iuratio, que a malo non iurantis est², sed incredulitatis³ a quo iurare cogitur. Nam hinc intelligitur ita Dominum prohibuisse a iurando, ut quantum in ipso est, quisque non iuret, quod multi faciunt, in ore habentes iurationem tanquam magnum et suave aliquid. Nam utique Apostolus neverat preceptum Domini, et iuravit tamen. Non enim audiendi sunt qui has iurations esse non putant. Quid enim facient de illa, Quotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro, quam Greca exemplaria manifestissimam⁴ esse iurbationem convincunt? Quantum ergo in ipso est non iurat Apostolus, non enim appetit iurbationem cupiditate aut dilectione⁵ iurandi. Amplius est enim quam est, est; non, non, et ideo a malo est, sed infirmitatis aut incredulitatis eorum, qui non⁶ aliter moventur ad fidem.

¹ Iuramentum non esse contra praecepsitum Domini *add. as rubric* M

² non iur. est CPBS; est non iur. M

³ eius *add.* M, *om.* CPBS

⁴ -issimam CPBM; -am S

⁵ dilectione CPBS; delectatione M

⁶ non CPBSM; *om. Fr*

(in c. I ad Galatas sub finem; et lib. I De sermone Domini in monte, c. 30). Ctp 3.22.3; IP 8.84 (22, q. 1, c. Non est contra.)

4*

¹Epistola Augustini² ad Publicolam

In Novo Testamento dictum est ne omnino iuremus, quod mihi quidem propterea dictum videtur, non quia iurare peccatum est, sed quia periurare³ immane peccatum est; a quo nos longe esse voluit, qui omnino ne iuremus commonuit.⁴ Item⁵. Quamvis dictum sit, Ne iuremus, nusquam in scripturis sanctis legi⁶ memini ne ab alio iurationem accipiamus.

(epist. 154). Ctp 3.22.4; IP 8.85 (22, q. 1, c. In Novo Testamento.)

¹ Non iurandum, ut quam longissime absimus a periurio add. as rubric M

² Ep. Aug. CPBS; Aug. M

³ periurare CPBM; peierare S

⁴ In novo testamento – commonuit om. H, running the end of c 4 onto c 3 without a break

⁵ (ibid. post aliquot versus) add. M²

⁶ legi CPBS; legisse me M

5*

¹August. de sermone Domini in monte, lib. I²

Tu non malum facis, qui bene uteris iurbatione, que³ etsi non bona, tamen necessaria est, ut alteri persuadeas quod utiliter suades, sed a malo est illius, cuius infirmitate iurare cogeris.

(cap. 30). Ctp 3.22.5; IP 8.86 (22, q. 1, c. Tu non malum.)

¹ Quod liceat iuramento ad aliorum utilitatem uti add. as rubric M

² lib. I CP?BM; om. S

³ que CBPSH; quia A; quae [quia] M

6*

¹Hieron. super Mattheum, lib. I

Considera quod Salvator non per Deum iurare prohibuerit, sed per celum, et per terram, et per Hierosolimam, et per caput tuum. Et hoc quasi parvulis fuerat lege concessum, ut quo modo victimas immolabant Deo, ne² eas immolarent idolis, sic et iurare permitterentur in Deum, non quod recte hoc facerent, sed quod melius esset Deo id exhibere, quam demoniis.

Ctp 3.22.6; IP 8.87

¹ Quod per Deum sit iurandum, non per creaturas add. as rubric M

² ne R²PVBSM; nec CRH

7*

¹Isidorus, Sententiarum libro secundo, cap. 31

Non est contra Dei preceptum iurare; sed dum iurandi usum facimus, periurii crimen incurrimus.

Lib. 2 de summo bono, c. 31] Ctp 3.22.7; IP 8.88 (22, q. 1, c. Non est contra.)

¹ Non esse frequentanda iuramenta add. as rubric M

8*

¹Aug. de verbis apostoli, sermo 28²

Si peccatum esset iuratio, nec in veteri lege diceretur, Non periurabis, reddes autem Domino iusiurandum tuum, non enim peccatum preciperetur nobis. Item³. Non vobis dicimus non nos⁴ iurare; si enim hoc dicimus mentimur. Quantum ad me pertinet iuro, sed quantum mihi videtur, magna necessitate compulsus, cum videro nisi faciam mihi non credi, et ei qui mihi non credit non expedire quod non credit. Hac perpensa ratione et consideratione librata, cum magno timore dico, Coram Deo, aut Testis est Deus, aut Scit Christus quod scit sic⁵ esse in animo meo. Et video quia plus est, id est, quod amplius est⁶ quod⁷, Est, est; non, non; sed hoc quod⁸ amplius est, a malo est, et si non a malo iurantis, a malo est non credentis.

CB Varia 1C 13b-c] Ctp 3.22.8; IP 8.89 (22, q. 1, c. Si peccatum esset.)

¹ Non esse iurandum nisi magna necessitate add. as rubric M

² Aug. - 28 CPSA; Ex serm. XXVIII August. de verbis Apostoli, qui sic incipit, Prima lectio quae nobis M

³ (ibidem post aliqua multa) add. M²

⁴ non nos CPBSH; nos non M

⁵ scit sic CPBS; sic est M

⁶ est CPBM; om. S

⁷ quod CPBS; quam M

⁸ quod amplius est – quod in mg. R²

9*

¹Toletano concilio VIII, cap. 4²

Si publicis sacramentorum gestis, quod Deus avertat³, a quibuslibet illicita vel non bona extitisset conditio alligata, que aut iugulare animam patris aut agere compelleret stuprum sacratissime⁴ virginis, numquid non tolerabilius esset stulte promissionis reicere vota, quam per inutilium promissorum custodiam exhorrendam criminum implere mensuram?

cap. 2] Ctp 3.22.9; IP 8.90 (22, q. 4, c. Si publicis.)

¹ Iuramenta quae contra naturam sunt non esse tenenda add. as rubric M

² Tol. conc. (Toletanum concilium SHA) VIII cap. 4 CPBSHA; Ex conc. Toletano VIII M

³ Deus av. CPBS; av. Deus M

⁴ [sacratae] add. M

10*

¹Ambrosius de officiis lib. I²

Est etiam contra officium nonnunquam promissum solvere sacramentum, ut Herodes, qui iuravit quoniam quicquid petitus esset daret filie Herodiadis, necem Iohannis prestavit, ne promissum negaret.

cap. 50] Ctp 3.22.10; IP 8.91 (22, q. 4, c. Est etiam contra.)

¹ De eadem re add. as rubric M

² De - I CPBSA; lib. Offic. I M

11*

¹Sermo² Augustini in decollatione sancti Iohannis, qui sic incipit, Cum sanctum evangelium legeretur³

Video David pium⁴ hominem⁵ sanctum in iurationem temerariam cecidisse⁶, et maluisse non facere quod iuraverat, quam iurbationem suam fuso hominis sanguine implere. Item⁷. Iuravit David⁸ temere, sed non implevit iurbationem maiori pietate⁹. Ecce David sanctus non quidem iratus sanguinem hominis fudit, sed eum falsum iurasse negare quis poterit? De duobus peccatis elegit minimum, sed minus fuit illud in comparatione peioris¹⁰. Nam per se ipsum appensum magnum malum est falsa iurare.

(Serm. 11 de sanctis, cuius principium est, propter hunc. In calce tomi X). Ctp 3.22.11; IP 8.92-3 (22, q. 4, c. Quod David.)

¹ Item de eodem add. as rubric M

² Sermo CPSA; Ex serm. M

³ legeretur CBSFr; om. M

⁴ pium PVBSM; primum CRH

⁵ et add. M, om. CPBS

⁶ cec- CRPVM; inc- BS

⁷ (ibidem paulo post) add. M²

⁸ David CPBM; Dominus S

⁹ mai. piet. CPBM; piet. mai. S

¹⁰ peioris CPVSA; maioris [peioris] M

12*

¹Isidorus in Sinonimis, lib. II

In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto² muta decretum. Quod incaute vovisti non facias. Impia est promissio que scelere adimpletur.

Isidorus in dialogo sive synonymis] Ctp 3.22.12; IP 8.93A

¹ Item de eodem add. as rubric M

² turpi voto CVM; turpe votum RPBSH

13*

¹Beda in libro homiliarum, homilia 43²

Si aliquid forte nos incautius iurare³ contigerit, quod observatum peiores vergat in exitum, libere illud consilio salubriori mutandum neverimus, ac magis instanti necessitate peierandum⁴ nobis, quam pro vitando periurio in aliud crimen gravius esse divertendum. Denique iuravit David per Dominum occidere Nabal virum stultum et impium, atque omnia que ad illum pertinerent demoliri; sed ad primam intercessionem Abigail femine prudentis, mox remisit minas, revocavitensem in vaginem, neque aliquid culpe se tali periurio contraxisse doluit. Item⁵. Non solum in iurando, sed in omne⁶ quod agimus hec est moderatio solertia observanda, ut si in talem forte lapsum versuti hostis inciderimus insidiis, ex quo sine aliquo⁷ peccati

¹ Item de eadem re add. as rubric M

² 43 CPBM; 42 S

³ iurare CPBS; iurasse M

⁴ peier- PBSM; peior- C

⁵ (post versum) add. M²

⁶ omne CPBS; omni M

⁷ -quo CPB; ?S; -qua M

contagio⁸ surgere non possimus, illum⁹ potius evadendi aditum petamus, in quos minus periculi nos perpessuros esse cernimus.

(in decollatione S. Ioannis Baptistae) Ctp 3.22.13; IP 8. 93B, 94-5 (22, q. 4, c. Si aliquid forte.)

⁸ -gio CPBS; -gione M

⁹ corr. fr. illud C

14*

¹Augustinus de bono coniugali

Si² ad peccatum admittendum adhibetur fides, mirum si fides appellatur; verumtamen qualiscumque sit, si et contra ipsam fit, peius fit, nisi cum propterea deseritur, ut ad fidem veram legitimamque redeatur, id est ut peccatum emendetur voluntatis pravitate correcta³, tanquam quisque⁴ cum hominem solus expoliare non possit, inveniat socium iniquitatis et cum eo paciscatur vel⁵ simul id faciant, spoliumque partiantur quo facinore commisso totum solus auferat; dolet quidem ille, et fidem sibi servatam non esse conqueritur, verum in ipsa sua querela cogitare debet, potius in bona vita ipsi humane⁶ societati⁷ fuisse servandam ne preda iniqua ex homine fieret, si sentit quam inique sibi in peccati societate servata non fuerit, ille quippe utrobique perfidus profecto sceleratior iudicandus est. Item⁸. Mulier si fide coniugali violata fidem servet adultero, utique mala est⁹, si nec adultero peior est. Porro si eam flagitii peniteat, et ad castitatem rediens coniugalem, pactam ac placitam adulterinam rem scindat¹⁰, miror si eam fidei violatricem vel ipse adulter putabit¹¹. cap. 4] Ctp 3.22.14; IP 8.96-7 (22, q. 4, c. Si ad peccatum.)

¹ Utrum fides appellanda sit, quae in peccatis admittendis adhibetur add. as rubric M

² Si CPVSM; Et si exigua palea pre multo auro pene (penes H) res nulla est, fides tamen cum in negotio palee sicut in auro sincera servatur, non ideo minor est quia in re minori servatur. Cum vero RH

³ H ends cap. here

⁴ quisque CPBS; si quis M

⁵ vel CPBS; ut M

⁶ humane CPBM; soli S

⁷ fidem add. M, om. CPBS

⁸ (ibidem eodem cap.) add. M²

⁹ sed add. M, om. CPBS

¹⁰ pac. ac plac. ad. rem scindat CPBS; pacta ac placita adulterina rescindat M

¹¹ ad. put. CPBHM; put. ad. S

15*

¹Actio² 4 VII Sinodi

Iohannes apocrisiarius Orientalium sedium dixit, Significat sermo patris nostri Sophronii, quod melius sit iurantem periurare, quam conservare sacramentum in confractione sanctorum imaginum. Hoc autem dicimus, quia quidam se sacramento excusant.

¹ De non servando iuramento iniusto add. as rubric M

² Actio RPA; Ex actione M

Tharasius patriarcha dixit

Quia pater Sophronius noverat bonitatem Dei, propterea transgredi voluit impium iuramentum. Item. Tharasius patriarcha dixit, Herodes observavit¹ sacramentum², et periit, Petrus vero negavit cum iuramento, et conversus flevit et salvatus est. Omne enim peccatum bonus Deus indulget, si quis ex toto corde peniteat.

¹ obser- CPBS; ser- M

² sacr. CPBS; iuramentum M

Sancta sinodus dixit

Sic docet nos¹ sancta scriptura. Item. Leontius Pothie² episcopus dixit, Scriptum est, Iuramentum mendax ne diligatis. Qua de causa nostrum iuramentum mendax dissolvitur³, quasi nullam habens virtutem.

(*In principio. Longe post init. multum variat in Graeco.*) Ctp 2.12.2] IP 8.98-100 (22, q. 4, c. *Actione quarta.*)

¹ doc. nos CPSM; nos doc. S

² Pothie CPBS; Phociae M

³ -itur CPBS; -atur M

16*

¹ Toletanum concilium² VIII, cap. 4³

Duo mala licet omnino sint cautissime precavenda, tamen si periculi necessitas ex his unum temperare⁴ compulerit, id debemus resolvere, quod minori nexu noscitur obligare. Quid autem levius ex his, quidve sit gravius pure rationis acumine investigemus. Etenim dum periurare compellimus, Creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus. Cum vero noxia promissa complemus, et Dei iussa superbe contempnimus, et proximis impia crudelitate nocemus, et nos ipsos crudeliori mortis gladio trucidamus; illic enim dupli culparum telo percutimur, hic tripliciter iugulamur.

Ctp 3.22.15; IP 8.119 (*Dist. 13, c. Duo mala.*)

¹ Quod in duabus malis minus malum eligendum est add. as rubric M

² Toletanum concilium RHA; Tolet. conc. PS; Toletano conc. V; Toletan. conc. C; Ex conc. Tolet. M

³ 4 CPSHA; 2 M

⁴ temperare CPSMA; [tentare, alias temerare] add. M

17*

¹ Ambrosius de² officiis, lib. III³

Unusquisque simplicem sermonem proferat, vas suum in sanctificatione possideat, nec fratrem circumscriptione inducat verborum, nihil promittat in honestum; aut si promiserit, tolerabilius est promissum non facere, quam facere quod turpe sit. Sepe plerique constringunt se⁴ iurisiurandi sacramento, et cum ipsi cognoverint promittendum non fuisse, sacramenti tamen contemplatione faciunt quod sponderunt, sicut de Herode supra scripsimus, qui saltatrici premium turpiter promisit, crudeliter solvit. Turpe quod regnum pro saltatione promittitur, crudele quod

¹ Non semper promissa omnia solvenda esse add. as rubric M

² de CRPVS A; lib. M

³ lib. III CPBS; lib. I RH; om. M

⁴ const. se CPBM; se const. S

mors prophete pro iurisiurandi religione donatur. Quanto tolerabilius tale⁵ fuisset perjurium homicidio⁶, si tamen perjurium posset⁷ dici, quod ebrius inter vina iuraverat, quod eiuratus⁸ inter saltantium choros promiserat. ⁹Infertur disco prophete caput, et hoc estimatum est fidei esse, quod amicitie fuit. Item. Non semper promissa omnia solvenda sunt. Denique ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut Scriptura indicat.

(lib. III, c. 12). Ctp 3.22.16; IP 8.101, from Saepe plerique to amicitiae fuit, 8.102 from Non semper to end (22, q. 4, c. Unusquisque.), (22, q. 4, c. Non semper.)

⁵ tale CPBS; tali M

⁶ homicidio C²RM; sacramento PVBS

⁷ -set CPBS; -sit M

⁸ eiuratus C²RPBM; om. S

⁹ (Ibidem, paulo post) add. M²

18*

¹*Sinodus Aurelianensis*² tempore Childeberti³ regis, cap. 8

De perjurio vero id censuimus observandum, ut si quis clericus in causis que sub iureiurando finiende sunt, prebuerit iuramenta, et post rebus evidenter detegitur periurasse, biennii tempore a communione pellatur.

¹ De poenitentia periurii add. as rubric M

² III add. M

³ Child- RPVBHM; Gild- C; Cild- S

19*

¹*Augustinus super epistolam*² Iohannis, tract. 4³

Quotquot habet ecclesia periuros, fraudatores, maleficos, beneficos, inquisidores nugarum, adulteros, ebriosos, feneratores, mangones, et omnia que enumerare non possumus, si contraria sunt doctrine Christi, contraria sunt verbo Dei. Verbum autem Dei Christus est. Quisquis autem verbo Dei contrarius est, Antichristus est.

¹ Quod omnis contrarius verbo Dei Antichristus est add. as rubric M

² -la M

³ 4 CPBSA; 3 M

20*

¹*Sermo*² Augustini in decollatione sancti Iohannis³, qui sic incipit, Cum sanctum evangelium legeretur

Tam magnum peccatum est iurare falsum, ut propter reatum false iurationis Dominus prohibuerit omnem iurationem. Item⁴. Non est peccatum verum iurare, sed quia grande peccatum est falsum iurare, longe est a peccato falsum iurandi, qui omnino non iurat; propinquat false iurationi qui vel verum iurat. Item⁵. Aliquando

¹ Quod tutus sit a perjurio qui nunquam iurat add. as rubric M

² Sermo here VBSA, after decoll. P; om. CR, Ex sermone M

³ Baptistae add. M, om. CPBS

⁴ (ibidem aliquanto post) add. M²

⁵ (ibidem paulo inferius) add. M²

nolens hoc⁶ iurat cum verum putat esse quod iurat. Non est quidem tantum peccatum quantum eius qui scit falsum esse, et tamen iurat.

(*ad calcem tomī X*).

⁶ hoc CPBS; homo AM; [al. hoc, Vict.] *add. Fr*

21*

¹Hieronimus super Malachiam

Nequaquam putemus levia esse peccata periurium, et mercedem non reddere laboranti, et calumniari viduam et pupillum, et opprimere alienigenam et peregrinum, que maleficio, et beneficiis, et adulterio comparantur.

(*in cap. 3*)

¹ Quod periurium adulterio comparetur *add. as rubric M*

22*

¹Hieronimus super Ieremiam, lib. I

Animadvertisendum est² quod iusiurandum hos habeat comites, veritatem, iudicium, atque iustitiam. Si ista defecerint, nequaquam iuramentum erit, sed periurium.

(*ad c. IV in principio*). Ctp 3.22.17; IP 8.123 (22, q. 2, c. *Animadvertisendum*.)

¹ Quid sit periurium *add. as rubric M*

² est CRHM; om. PVBS

23*

¹Capitularium lib. I, cap. 9

Parvuli qui sine rationabili estate sunt non cogantur iurare, et qui semel periuratus fuerit, nec testis sit post hec, nec ad sacramentum accedet², nec in sua causa, vel alterius iurator existat.

(*cap. 63*). cf 12.69 below; Ctp 3.22.18; IP 8.103 (22, q. 5, c. *Parvuli*.)

¹ Quod testis esse non possit qui periurii convictus fuerit *add. as rubric M*

² -det CRPB; -dat R²VSHM

24*

¹Alexander II² Landulpho et Arialdo clericis

Possumus³ in periurio aliquo criminis lapsis misericordie manum porrigitur, sed non debemus ad future perditionis⁴ exemplum licentiam dare.

CB Alex. II 46]

¹ Non ita esse indulgendum periuris, ut periurandi detur occasio *add. as rubric M*

² Alex. II CPM; om. B; Ambrosius S

³ Noss- B

⁴ [prohibitionis] *add. M²*

25*

¹Honorius papa Hisatio patricio et exarcho Italie

Quorundam scriptis didicimus quosdam episcopos in transpadanis partibus quedam verba episcopali actui inimica Petro Pauli filio edixisse, atque monitu impie suasionis innuere, asserentes in se periurii reatum suscipere, ut non Adulubaldo regi, sed potius Ariopalto tiranno consentiret. Et quoniam prefatus gloriosus Petrus pravis eorum (si fas est dicere) sacerdotum respuit suasionibus inclinari, sed magis sacramenta que Acono² regi patri predicti Adulubaldi prestiterat, firmiter custodire. Et quia tantum facinus Deo et piis mentibus est inimicum, ut hi qui hoc ab aliis prohibere debuerant ne fuisset commissum, ipsi potius ut fieret hortati sunt. Cum nutu superne virtutis vobis laborantibus prefatus Adulubaldus in suum regnum fuerit restitutus, prefatos episcopos in has Romanas partes adiuvante vos Deo, destinare dignamini, quia huiusmodi scelus nulla patiemur ratione inultum.

CB Varia II 5

¹ De vindicta periurii *add. as rubric M*

² Acono PVSA; Cono C²R; a Cono B; Cono [Acono] M; [Vict.] *add. Fr*

26*

¹Matisconense concilium² tempore Guntranni regis, c. 21

Si quis convictus fuerit alios ad falsa testimonia vel periuria attraxisse, aut quacumque corruptione sollicitasse, ipse quidem usque ad exitum non communicet. Hi vero qui ei in periurio consensisse probantur, postea ab omni testimonio sunt removendi, et secundum legem infamia notabuntur.

(*conc. Matisc. I c. 17*) cf *BD 16.8J Ctp 3.22.19* (22, q. 5, c. *Si quis convictus.*)

¹ De excommunicatione eorum qui alios secum in periurium trahunt, et de infamia consentientium *add. as rubric M*

² Mat. (Matisnense B) *conc. CPBSA; Ex concilio Matisconensi M*

27*

¹Gelasius Rufino et Iusto episcopis

Honorati et primarii² Varulane civitatis fusis nobis precibus supplicarunt, sicut habetur in subditis. Quibus etiam subscriptionem propriam commodarunt, se ab Agnello diacono gravi contumeliarum genere fuisse maceratos, ut etiam reos periurii (sicut ipsi dicunt) se asserant inclinatos. Et ideo, fratres carissimi, secundum petitorii³ fidem, supradicto diacono ad vestrum iudicium imminente Laurentio Romane ecclesie defensore mox deducto, veritatis assertione discussa, si constiterit integritas supplicantum, aut intenta doceat diaconus, aut de eius protervitate noveritis esse vindicandum, quatenus de tantis excessibus memorate improbe temeritatis exclusus ultio digna comitetur, et qui se conviciis trivialibus implicavit, sacre communionis arceat accessibus.

CB Gel. 19J

¹ De vindicta eius qui alteri periurium iniuste intentat *add. as rubric M*

²-arii CRPBSM; -atii H

³ [petitoris] *add. M²*

28*
¹Sermo² Augustini³

Si quis provocaverit te ad iurationem, ut forte sic sibi⁴ existimet satisfieri posse, si iuraveris de ipsa re quam putat te commisisse aut fecisse, et⁵ forsitan non fecisti, ne remaneat in eo mala suspicio, si iuraveris, tu non sic peccas quomodo ille qui te provocavit. Item⁶. Si ab alio⁷ provocatus fueris, ab ipsius malo erit quod iuras, non a tuo. Item⁸. Ille homo qui alium provocat ad iurationem, et scit eum falsum iurare⁹, vincit homicidam, quia homicida corpus occisurus est, ille animam, immo duas animas, et eius quem iurare provocavit, et suam. Scis verum esse quod dicis, falsum esse quod dicit ille, et iurare compellis? Ecce iurat¹⁰, periurat, ecce perit, quod tu¹¹ invenisti? immo tu quia et qui¹² de illius morte satiari voluisti.

Serm. 11 De sanctis cuius initium, Propter hunc locum, in calce tom X.] IP 8.107-8

¹ Quod peior sit homicida qui ab eo iuramentum postulat, quem scit peieraturum add. as rubric M

² Sermo PVSA; Ex sermone M

³ beati Augustini episcopi R; in decollatione Ioan. Baptistae add. M, om. CPBS. No insc. H

⁴ sibi CPBM; om. S

⁵ aut fec. et CR²M; aut fec. te R; ac fec. te (quam add. ss P) PV; aut fec. te B; aut f.... te fec. S

⁶ beati Augustini add. L, (ibidem) add. M²

⁷ [illo] add. M

⁸ Si quis provocaverit te ad – a tuo. Item om. H; Item CPBM; om. S; (ibidem) add. M²

⁹ iurare CPBS; esse iuraturum M

¹⁰ ecce add. M, om. CPBS

¹¹ quod tu CRPBS; quid tu H; tu quid M

¹² tu quia et qui (subs. canc. P) PBS; tu (lacuna) qui C; tu qui et C²RH; tu quia V; quia et tu periisti qui M

29*
¹Augustini² Questiones in Levitico, cap. I³

⁴Hoc videtur dicere, peccare hominem, quo audiente iurat aliquis falsum, et scit eum falsum iurare, et tacet. Tunc autem scit, si ei rei de qua iuratur testis fuit, aut videns, aut conscient fuit, id est aliquo modo cognovit, aut oculis suis conspexit, aut ille ipse qui iurat illi indicavit, ita enim potuit esse conscient, sed inter timorem huius peccati et timorem prodictionis hominum non parva existit plerumque tentatio.

Possumus enim paratum ad periurium admonendo vel prohibendo a tam gravi peccato revocare. Sed si non audierit, et coram nobis de re quam novimus⁵ falsum iuraverit, utrum prodendus, si proditus etiam in periculum mortis incurrat, difficillima questio est. Sed quia non hic⁶ expressit cui hoc indicatum est⁷, utrum illi cui iuratur, an sacerdoti, vel cuiquam qui non solum eum⁸ persecui non potest irrogando supplicium, sed etiam orare pro illo potest, videtur mihi quod se⁹ hoc solvat etiam a¹⁰ peccati

¹ Cui prodendus sit quem scimus peierasse add. as rubric M

² lib. add. M

³ cap. 1 PVSA; lib. I cap. C; lib. 1 cap. 1 RH; om. M

⁴ RHL add here: Anima que peccaverit et audierit (corr. fr. –unt R) vocem periurantis, et testis fuerit (corr. fr. –unt R), aut ipse viderit (corr. fr. –unt R), aut conscient fuerit (erit corr. fr. fuerit R), nisi indicaverit portabit iniuritatem (12. 79 below)

⁵ novimus CPBM; neverimus S

⁶ non hic CPBS; hic non M

⁷ est CPBS; sit M

⁸ eum RPVM; cum CBS

⁹ ab add. M, om. CPBS

¹⁰ et. a CPBS; om. M

vinculo, si indicet talibus, qui magis possint prodesse quam obesse periuro, sive ad corrigendum eum, sive ad Deum pro eo placandum, si et ipse confessionis adhibeat medicinam.

(*quaest. 1 ad c. V Levit.*) Ctp 3.22.20; IP 8.109 (22, q. 5, c. *Hoc videtur.*)

30*

¹Sermo Augustini de periurio², qui sic incipit, Prima lectio

Qui exigit iurationem, multum interest si nescit illum iuraturum falsum, an scit. Si enim nescit, et ideo dicit, Iura mihi ut fides ei sit, non audeo dicere non esse peccatum, tamen humana temptatio est; si autem novit fecisse, si scit eum fecisse³, vedit fecisse⁴, et cogit iurare, homicida est. Ille enim se suo periurio interimit; sed iste manum interficientis et impressit⁵ et pressit.

(*serm. 30 de verbis Apost.*) IP 8.110 (22, q. 5, c. *Qui exigit.*)

¹ Quod homicida est qui cogit alterum scienter falsa periurare *add. as rubric M*

² periurio CPBSHA; non iurando M

³ novit fec. - fec. (et *add. C*) CPBS; scit eum fecisse, novit fecisse M

⁴ et vid. fec. *in mg. C²*

⁵ [expressit] *add. M²*

31*

¹Actio I sinodi I Stephani pape III

Christophorus primicerius notariorum dixit, Allatis sacrosanctis quatuor evangelii, et venerabili crismate, et ceteris Dei misteriis, sacramentum mutuo prebuimus, quod nullus alias extra Romanam electionem pontificatum egisset, sed eum quem ex communi consilio divina providentia tribuisset ex corpore nostre sancte ecclesie, videlicet de sacerdotibus, cardinalibus, diaconibus, iuxta huius apostolice sedis traditionem, nobis elegerimus antistitem.

¹ Super quibus rebus iuramentum fieri possit *add. as rubric M*

32*

¹Novellarum constitutio 68², cap. I

Si quis per capillum vel barbam Dei iuraverit, vel alio modo contra Deum blasphemia aliqua usus fuerit, officio prefecti urbis ultimo suppicio subiiciatur. Si quis autem hominem talem non manifestaverit, non est dubium quod divina condempnatione similiter coerceditur.

(21, q. 1. *Si quis per capillum.*)

¹ De suppicio eius qui per capillum Dei vel barbam iurat *add. as rubric M*

² 68 CRPSM; 64 H

33*

¹Capitularium lib. I, cap. 60

Qui in sanctis habet iurare, hoc ieunus faciat et omni honestate et timore Dei. (*cap. 63*). cf below 12.69/ IP 8.120 (22, q. 5, c. *Honestum.*)

¹ Ut unusquisque ieunus iuret *add. as rubric M*

34*

¹Sermo² Augustini de periurio³, qui sic incipit, Prima lectio⁴

⁵Quisquis es⁶ pravi et perversi cordis, si dicas Per Deum, iuras, si dicas, Testis est Deus, non iuras? Quid enim est, per Deum, nisi testis est Deus? Aut quid est, testis est Deus, nisi per Deum? Quid autem est⁷ iurare, nisi ius Deo reddere quando per Deum iuras, ius saluti tue reddere, quoniam⁸ per salutem tuam iuras, ius filiis tuis reddere, quando per filios tuos iuras?⁹ Quod autem ius debemus saluti nostre, filiis nostris, Deo nostro, nisi caritatis, veritatis, et non falsitatis? Maxime autem cum per Deum fit, ipsa est vera iuratio. Quia et cum dicit quisque Per meam salutem, salutem¹⁰ suam Deo obligat, quando dicit Per filios meos, oppignerat filios suos Deo, ut hoc veniat in caput eorum, quod exit de ore¹¹ ipsius, si verum, verum; si falsum, falsum. Cum ergo filios suos, vel caput suum, vel salutem suam quisque in iurationem¹² nominans, quicquid nominat obligat¹³, quanto magis quando iurat¹⁴ per ipsum Deum? Item. Ecce dico caritati vestre, et qui per lapidem falsum iurat, periurus est. Unde hoc dico? Quia multi et in hoc falluntur, et putant quia nihil est per quod iurant, non se crimine teneri periurii. Prorsus periurus es, quia per id quod sanctum non putas, falsum iuras. Sed ego illud sanctum non puto. Sanctum putat cui iuras¹⁵. Non enim quando iuras tibi iuras, aut lapidi iuras, sed proximo iuras, homini iuras ante lapidem, sed numquid non ante Deum? Non te audit lapis loquentem, sed punit Deus te¹⁶ fallentem. Item¹⁷. Ream mentem¹⁸ non facit nisi mens rea.

(serm. 30 De verbis Apost.), IP 8.115-6 (22, q. 5, cap. Ecce dico)

¹ Quod periurus est qui per lapidem falsum iurat add. as rubric M

² Sermo CPSHA; Ex sermone M

³ periurio CRPSHA; non iurando M

⁴ etc add. M

⁵ Itane vero add. M, om. CPSA

⁶ es R²PVM; est CRBS

⁷ aut. est CPBHM; enim est R; est aut. S

⁸ quoniam CPBS; quando RP²VHM

⁹ ius filiis tuis – iuras in mg. V

¹⁰ sal. CPBS; om. M

¹¹ eius add. PBS, om. CRVHM

¹² -ionem CPBS; -ione M

¹³ Deo add. M, om. CPBS

¹⁴ [peierat habent excusi codices]. (Ibid. sub finem) add. M²

¹⁵ Sed ego illud - iuras CPBM; om. S

¹⁶ Deus te CPB; te Deus SM

¹⁷ (ibidem, non procul a principio) add. M²

¹⁸ mentem CRPBSM; linguam R²P²HFr; mentem lingua V

35

¹Epistola Augustini ad Publicolam

Movet te utrum eius fide utendum sit, qui ut eam servet per demonia iuraverit. Ubi te volo prius considerare, utrum si quispiam per deos falsos iuraverit se fidem servaturum, et eam non servaverit, non tibi videatur bis peccasse? Si enim tali iuratione promissam servaret fidem, ideo tantum peccasse iudicaretur quia per tales

¹ Quod minus malum est per deos falsos iurare veraciter, quam per verum Deum iurare fallaciter. Ex add. M

deos iuravit. Illud autem nemo reprehenderet² quia fidem servavit. Nunc vero quia et iuravit per quos non debuit, et contra pollicitam fecit fidem quod non debuit, bis utique peccavit. Ac per hoc qui utitur fide illius quem constat iurasse per deos falsos, et utitur non ad malum, sed ad licitum et bonum, non peccato illius se sociat quo per demonia iuravit, sed bono pacto eius quo fidem servavit. Neque hic eam fidem³ dico servari qua⁴ fideles vocantur, qui⁵ baptizantur in Christo. Illa enim longe alia est, longeque discreta a fide humanorum placitorum atque pactorum, verumtamen⁶ sine ulla dubitatione minus malum est per deos falsos iurare veraciter, quam per Deum verum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur magis sanctum est, tanto magis est penale perjurium. Alia⁷ questio est, utrum non peccet qui per falsos deos sibi iurari fecit, quia ille qui ei iurat falsos deos colit. Cui questioni possunt illa testimonia suffragari que ipse commemorasti de Laban et Abimelech, si tamen Abimelech per deos suos iuravit, sicut Laban per Deum Sachoth⁸.

(epist. 154). Ctp 3.22.21; IP 8.117 (22, q. 1, cap. Movet.)

² -det Fr

³ after servari V

⁴ qua CVBSM; quia P

⁵ after corr. C

⁶ Movet te utrum eius – verumtamen om. H

⁷ ergo add. M, om. CPBS

⁸ Sachoth CRH; Sachot <vel Nachor> P; Nachor <vel> Sochot V; ..choth B; Iacob S; Nachor M

36

¹Isidorus, *Sententiarum lib. II, cap. 31*

Quacumque arte verborum quisque iuret, Deus tamen, qui conscientie testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autem reus fit, qui cum² Dei nomen in vanum assumit, et proximum dolo capit. Non est conservandum³ sacramentum quo malum incaute promittitur, veluti si quispiam adultere perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum, quam permanere in stupri flagitio.

(Lib. 2 de summo bono, c. 31) Ctp 3.22.22; IP 8.112-3 (22, q. 1, c. Qui iurat.)

¹ Quod Deus sic iuramentum accipit, sicut ille cui iuratur intelligit add. as rubric M

² qui cum CPBS; quia [qui] et M

³ cons- CPBSH; obs- M

37

¹August. Quest. super Iesu Nave

Querit potest quomodo iurationem servandam esse crediderint Hebrei Gabaonitis, quibus ita iuraverant tanquam de longinqua terra venientibus, sicut illi mentiti fuerant. Sciebant enim se debellandos, si cognitum esset Hebreis in ea terra eos habitare, quam promissam fuerant retenturi. Mentientibus ergo quod longinqua terra ad eos venissent, iuraverunt eis Israelite, postea vero quam cognoverunt eos ibi habitare, ubi omnes quos invenerant secundum Dei preceptum debellare oportebat, noluerunt tamen frangere iurationem. Et licet eos mentitos esse didicissent, parcere maluerunt causa iurbationis, cum possent utique dicere se tanquam illis iurasse, quos eos esse crediderant, id est de longinquo venientes. Cum vero aliud cognoverunt,

¹ Quod magis Deo placet non servare iuramentum nocivum, quam servare add. as rubric M

preceptum Domini circa eos implendum erat, ut sicut ceteri expugnarentur. Deus autem hoc approbavit, nec parcentibus consensit²; quamvis eum non interrogassent quinam illi essent, et ideo eos illi fallere valuissent. Unde non inopportune utique credendi sunt, et si fallere homines pro sua salute voluerunt, non tamen fallaciter Deum timuisse in populo eius, propterea nec consensit³ Dominus iurantibus aut⁴ parcentibus; ut postea Gabaonitas ipsos, tanquam populi sui homines de domo Saul vindicaverit, sicut regnum ostendit historia. Et quoniam iuratio sic servata est, quamvis in hominibus qui mentiti sunt, ut ad clementiam sententia flecteretur, non displicuit Deo. Nam si e contrario iurassent aliquos se interfecturos, quos Gabaonitas in terra promissionis esse putavissent, et postea didicissent eos esse ab illa terra extraneos, et de longinquuo ad se venisse, nullo modo arbitrandum est quod eos essent debellatur causa iurbationis implende, cum propter ipsam parcendi clementiam sanctus David etiam post verba quibus se Nabal interfectorum esse iuraverat, utique sciens quem fuerat interfectorus, parcere maluit, nec in re duriore implere iuramentum, magis Deo placere existimans, si quod ita perturbatus ad nocendum iuraverat, non fecisset, quam si perfecisset.

(*quaest. 13, in IX Iosue*)

² consensit CPBS; succensuit M, [contradixit] add. M²

³ consensit CPBS; succensuit M

⁴ [atque] add. M

38

¹Actio 3 sinodi I Stephani pape III

Christophorus primicerius dixit, Quando nos absolvit Constantinus, ita illi coram omnibus sacramentum prebui dicens, Quia per Deum omnipotentem fidelis sum et semper ero sancte Dei ecclesie, et beato Petro atque Romano pontifici, et nunquam ego, vel filius meus Sergius, contra sanctam Romanam ecclesiam, atque populum Romanum adversa quoque modo percogitabo atque pertractabo, et penitus nomen ipsius Constantini nullo modo nominabo; sed tamen² certus sum, quia sacramentum illud habet argumentum, et ideo confessionem vobis facio me deliquisse pro sacramento³.

¹ De sacramento Christophori cuiusdam primicerii add. as rubric M

² [tantum] add. M

³ [per sacramentum] add. M²

39

¹Aug. de verbis apost., sermo 28

Homines enim² falsum iurant, vel cum fallunt, vel cum falluntur. Aut³ putat⁴ homo verum esse quod falsum est et temere iurat; aut scit vel putat falsum esse, et tamen pro vero iurat, et nihilominus cum scelere iurat.⁵ Distant autem ista periuria

¹ Quae distantia sit inter eum qui verum putat, et falsum iurat; et eum qui falsum scit vel putat, et pro vero iurat add. as rubric M

² enim CPBSH; om. M

³ enim add. M, om. CPBS

⁴ corr. fr. -ant C

⁵ aut scit vel putat falsum esse et tamen iurat pro vero – iurat in mg. V

que duo commemoravi. Fac illum iurare quia⁶ verum putat esse pro quo iurat, verum putat esse, et tamen falsum est. Non ex animo iste periurat, fallitur, hoc pro vero habet quod falsum est, non pro re falsa sciens iurationem interponit. Da alium, scit falsum esse, et dicit verum esse, et iurat tanquam verum sit, quod scit falsum esse. Videtis quam ista detestanda sit bellua, et de rebus humanis exterminanda. Quis enim fieri⁷ velit? Omnes homines talia detestantur. Fac alium, putat falsum esse, et iurat tanquam verum sit⁸, forte verum est. Verbi gratia, ut intelligatis, pluit in illo loco, interrogas hominem, et⁹ pluisse, et ad negotium ipsius competit, ut dicat Pluit, sed putat non pluisse. Dicitur enim¹⁰, Vere pluit? Vere, et iurat, et tamen pluit ibi, sed ille nescit, et putat non pluisse, periurus est. Interest quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam non facit, nisi rea mens.

(Tomo X) CB Varia 1C 13a] Ctp 3.22.23; IP 8.111 (22, q. 2, c. Homines.)

⁶ quia CPBS; qui M

⁷ fieri CPBS; hoc fieri [sibi fieri] M

⁸ et add. M, om. CPBS

⁹ putat add. M, respondet add. P²V, om. CPBS

¹⁰ enim CPBS; ei M

39A (S)

Cornelius papa Rufo episcopo, cap. I

Sacramentum hactenus a summis sacerdotibus vel reliquis exigi nisi pro fide recta minime cognovimus, nec sponte eos iurasse reperimus. Item. Non est iurandum neque per celum, quia thronus est Dei, neque per terram quia scabellum pedum est, neque per capillum suum, quia non potest unum capillum creare. Unusquisque enim secus altare Dei stans timorem habet pre oculis et propriam conscientiam mundam servans Deo, quod in memoriam retinet, nullatenus habet intermittere, quoniam os quod mentitur occidit animam.

cf 12.77 below, Ctp 1.19.1 to iurasse reperimus.

40

¹Maragdus², De pressuris ecclesiasticis, parte I

Nunc, quod absque iniuria sancte Dei ecclesie dicere non possumus, heu in tantum hoc aboletur, ut inordinata etiam accusatione vix locus maneat legitime defensionis. Nec approbanda iudicant que inique obiiciunt, sed tantummodo vindicare queque illata querunt. Quod si de defensione apud eos queritur, omni sinodali censura postposita, suis adinventionibus talem fieri diiudicant, quam accusati implere minime valeant, vel que illos iure officii omnino impedian, ut in sacerdotes Dei liberius seviant, quippe cum secundum Paulum apostolum ipsi sibi sint lex, accusatores, iudices et testes non ratione, sed vi ipsi simul existunt. Satisfactionem igitur accusati sacerdotis sub iure iurando minime dicunt valere, nisi plures etiam sacerdotes secum compellat iurare. In quibus hec assumentes in testimonium, quod factum se legisse iactitant in actibus Romanorum pontificum. Nam quod de Damaso, et Sixto, et Simmacho venerabilibus pontificibus invenitur, eo quod dum a quibusdam perversis de criminibus accusarentur, collectis episcoporum conciliis, sinodice purgati sint. Hec se his verbis penitus intelligere fatentur, quod omnes prefati episcopi cum ipsis

¹ Quomodo sacerdotes se sacramento purgare debeant add. as rubric M

² Mar- CPBS; Smar- M

pontificibus pro illatis iurassent criminibus, quasi non eos propria tantummodo absolveret satisfactio, nisi hec etiam predictorum confratrum firmaret iuratio. Nobis tamen quod sic intelligendum sit, re vera non patet. Plane enim a predictis episcopis prefatos pontifices purgatos accepimus, sed ipsorum suggestione propria tantummodo satisfactione, ipsis etiam faventibus, eos alienos a criminibus fuisse firmatum est. Sed si pro alicuius iusti innocentia alicui placuit sacramentum prebere caritatis causa, ut eum vel sic a consequentibus liberaret, omnimodis placet. Verumtamen licet perversorum infestatione quasi in primitiva ecclesia hoc fieri potuisset, nullum tamen exemplum in posterum relinqu debuit. Quo etenim sancto concilio, vel cuius catholici et apostolici viri decreto sancitum sit, sacerdotes Dei a criminibus absvolvi non posse, nisi confratrum satisfactione, penitus ignoramus. Cum enim sacramenta omnibus interdicta sint Christianis, valde perniciosum est sacerdotes ad hec etiam alios cogere, unde tam se custodire, quam et illos debuerunt arguere.

41* (CRSHLAM)

¹*Gregorius in Moralium² lib. III, cap. 18³*

Summopere cavendum est omne mendacium, quamvis nonnunquam sit aliquod mendacii genus culpe levioris, si quisquam⁴ prestando mentiatur. Sed quia scriptum est, Os quod mentitur, occidit animam; et, Perdes omnes qui loquuntur mendacium, hoc quoque mendacii genus perfecti viri summopere fugiunt, ut ne vita cuiuslibet per eorum fallaciam defendatur, ne sue anime noceant, dum prestare carni nituntur alienae, quanquam hoc ipsum peccati genus facillime credimus relaxari. Nam si quelibet culpa sequenti solet pia operatione⁵ purgari, quanto magis hec facile abstergitur, quam mater boni operis ipsa comitatur?

¹ Omne mendacium cavendum add. as rubric M

² -ium CRHAM; -ibus S

³ in Mor. lib. III cap. 18 CRSRA; lib. XVIII Moralium, cap. 2 M

⁴ vitam add. M, om. CRSRA

⁵ sol. pia op. RSHAM; op. sol. pia C

42*

Item¹. Augustinus de verbis apostoli, cap.² 29

Cum ergo³ humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris quod evitaras. Veritas in te non est, nisi te ita dixeris peccatorem, ut etiam esse cognoscas. Veritas autem ipsa est, ut quod es dicas; nam quomodo est humilitas, ubi regnat falsitas?

(*CB Varia 1C 14b] Ctp 3.22.24; IP 8.128 (22, q. 2, c. Cum humilitatis.)*)

¹ Item CBA; om. PS; Quod causa humilitatis nemo mentiri debeat M

² cap. CPBSA; serm. M

³ ergo CVBSAM; vero P

43*

¹Aug. *Questionum² super Genesim, cap. 145³*

Quod ait⁴ fratribus suis Ioseph⁵, Nesciebatis quia non est⁶ augurio homo qualis ego⁷? De hoc⁸ augurio etiam mandavit eis dicendum per hominem suum, quid sibi⁹ velit queri solet, an quia non serio sed ioco dictum est, ut exitus docuit, non est habendum mendacium. Mendacia enim a mendacibus serio aguntur¹⁰, non ioco. Cum autem que non sunt tanquam ioco dicuntur, non deputantur mendacia.

(*Ctp 3.22.25; IP 8.129 (22, q. 2, c. Quod ait.)*)

¹ Quod mendacia quae ioco dicuntur, mendacia non sint *add. as rubric M*

² Quest. CPSHA; *om. B*; lib. Quest. M

³ 145 CVBSAM; 45 P

⁴ ait CPBAM; autem S

⁵ ait *add. S, om. CPBAM*

⁶ est CPBS; *om. A*; est in M

⁷ *corr. fr. homo S*

⁸ hoc CPBA; hoc audire S; quo M

⁹ quid sibi CPBAM; *om. S*

¹⁰ aguntur CPBAM; habentur S

44*

¹Augustinus *de conflictu vitiorum atque virtutum, cap. 18²*

Nec artificioso mendacio nec simplici verbo oportet decipere quemquam, quia quolibet modo mentitur quis, os quod mentitur occidit animam. Ex³ omnibus mendacibus pars illorum erit in stagnum ardantis sulphuris⁴.

(*cap. 19 tomo 9) Ctp 3.22.25 to occidit animam (22, q. 2, c. Nec artificioso.)*)

¹ Ut nullus alium decipiat artificioso seu callido mendacio *add. as rubric M*

² cap. 18 CPBSA; *om. M*

³ Ex CRPBSH; Et M

⁴ stag. – sulph. CRPBH; stagnum sulph. ard. S; stagno ignis ardantis, et sulphure M

45*

¹Augustinus *in libro Encheridion, cap. 25²*

In quibus rebus nihil interest ad capessendum Dei regnum, utrum credantur, an non, et utrum vera sive sint sive putentur, an falsa, in his errare, id est aliud pro alio putare, non est arbitrandum esse peccatum, aut si est, minimum esse atque levissimum.

(*cap. 21) IP 8.132 (22, q. 2, c. In quibus.)*)

¹ Non esse peccatum in quibusdam rebus errare *add. as rubric M*

² lib. Encher. (Anchir- A) cap. 25 CPBA; lib. Encher. S; Enchiridio M

46*

¹Augustinus *in V psalmo²*

Ne quis arbitretur perfectum et spiritualem hominem pro ista temporali vita, in cuius mortem³ occiditur anima, sive sua sive alterius debere mentiri. Sed quoniam

¹ Quid distet inter mentiri, et verum occultare *add. as rubric M*

² V ps. CPBSHA; ps. V M

³ -tem CPBSH; -tem non A; -te non M

aliud est mentiri, aliud est verum occultare, siquidem aliud est falsum dicere, aliud verum tacere, si quis forte vel ad istam visibilem mortem non vult hominem prodere, paratus esse debet verum occultare, non falsum dicere, ut⁴ neque prodat neque mentiatur, nec occidat animam suam pro corpore alterius.⁵ Item. Duo sunt genera mendaciorum in quibus non magna culpa est, sed tamen non sunt sine culpa, cum autem⁶ iocamur, aut pro⁷ proximo mentimur. Illud primum in iocando ideo non est perniciosum, quia non fallit. Novit enim ille cui dicitur ioci causa esse dictum, secundum autem ideo mitius⁸ est, quia retinet nonnullam benevolentiam. Illud vero quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem dicendum est, tanquam verbi gratia, si cui gladius commendetur, et promittat se redditum cum ille qui commendavit poposcerit⁹, si forte gladium suum repeatat furens, manifestum est non esse reddendum, ne vel se occidat vel alios, donec ei sanitas restituatur. Hoc ideo non habet duplex cor, quia ille cui commendatus¹⁰ est gladius, cum promittebat se redditum poscenti, non cogitabat furentem posse repetere. Manifestum est non esse culpandum aliquando verum tacere, falsum autem dicere non invenitur concessum sanctis.

(ad vers. 7 *Perdes omnes qui loquuntur mendacium*) Ctp 3.22.27-8; IP 8.130 (22, q. 2, c. *Ne quis.*)

⁴ ut CPBHAM; *om. S*

⁵ (*Ibidem*, paulo inferius) *add. M²*

⁶ autem CRVBSHM; aut R²PFr

⁷ pro R²PSM; *om. CRVBH*; *ut A*

⁸ mitius CP?VBSHA; minus [mitius] M, [Vict.] *add. Fr*

⁹ *obsc. mark of corr. added P*

¹⁰ -endatus CPBSH; -odatus M

47*

Augustinus ad Oceanum

Nullo modo mihi videtur tropicam locutionem recte dici possesse mendacium. Non enim mendacium est cum letum diem dicimus, quod letos nos faciat, aut triste lupinum, quod gustantem amaro sapore contristet. Nequaquam ista sunt mendacia
Ctp 3.22.29

¹ Quod tropica locutio non sit mendacium *add. as rubric M*

48*

Augustinus contra mendacium

Mendacium est falsa significatio cum voluntate fallendi. Item². Faciat homo etiam pro temporali hominum salute quod potest. Cum autem ad hunc articulum ventum fuerit, ut tali saluti consulere nisi peccando non possit, iam se existimet non habere quid faciat, quando id reliquum esse³ prospexerit, quod recte faciat⁴.
(c. 12) IP 8.125

¹ Descriptio mendacii *add. as rubric M*

² (*ibidem* c. 17) *add. M²*

³ esse CPSAM; *est B*

⁴ recte fac. CRPBS; fac. recte H; recte non fac. M

49**¹Isidorus in Sinonimis, libro primo*

Omne genus mendacii summopere fuge. Nec casu nec studio loquaris falsum, nec ut prestes² mentiri studeas, nec qualibet fallacia vitam alicuius defendas. Cave mendacium in omnibus. Item. Nullum iustum mendacium, omne mendacium peccatum.

(*Isido. in dialogo hominis et rationis lib. II, cap. 10*) IP 8.126 (22, q. 2, c. *Omne genus.*)

¹ Omne genus mendacii fugiendum esse add. as rubric M

² [per testes, orig.] add. Fr

50**¹Vitas patrum. Vita sancti Iohannis²*

Cavendum omnibus modis mendacium, sive pro malo sive etiam pro bono proferri videatur; quia omne mendacium non est a Deo, sed sicut Salvator dicit, a malo est.

IP 8.127

¹ De eodem add. as rubric M

² Vitas - Ioh. CPBSA; Ioannes, in Vita Patrum M

51**¹August., in libro Encheridion cap. 23²*

Nonnulli eo usque progrediuntur, ut et peierare, et de rebus ad Dei cultum pertinentibus, ac de ipsa Dei natura falsum aliquid dicere, nonnunquam bonum piumque opus esse contendant. Mihi autem videtur peccatum quidem esse omne mendacium, sed multum interesse quo animo, et de quibus rebus quisque mentiatur. Non enim sic peccat qui consulendi, quomodo ille qui nocendi voluntate mentitur, aut tantum vero nocet qui viatorem mentiendo in diversum iter mittit, quantum is qui viam vite mendacio fallente depravat. Nemo sane mentiens iudicandus est qui dicit falsum quod putat verum, quoniam quantum in ipso est non fallit ipse³, sed fallitur. Non itaque mendacii⁴ temeritatis arguendus est, quia falsa incautius credit ac pro veris habet, potiusque e contrario quantum in ipso est, ille mentitur, qui dicit verum quod putat falsum. Quantum enim ad animum eius⁵ attinet, quia non quod sentit hoc dicit, non verum dicit, quamvis⁶ verum invenitur⁷ esse quod dicit. Nec ullo modo liber est a mendacio qui ore nesciens verum loquitur, sciens autem voluntate mentitur⁸. Item⁹. In ipsarum consideratione rerum que dicuntur, tantum interest qua in re quisque fallatur sive mentiatur, ut cum fallit¹⁰ quam mentiri minus sit malum, quantum pertinet ad hominis voluntatem, tamen longe sit tolerabilius in his que a religione¹¹ sunt seiuncta

¹ De distinctione inter falli et mentiri, et voluntatem fallendi et falli add. as rubric M

² lib. - 23 CPBSA; Enchiridio M

³ ipse CPBM; ipso S

⁴ sed aliquando add. A, sed aliquante add. M, om. CPBS

⁵ an. eius CPBAM; eius an. S

⁶ in mg. C²

⁷ -itur CPBS; -iatur AM

⁸ H ends canon here

⁹ (ibidem paulo post) add. M²

¹⁰ fallit CPBS; falli P²VAM

¹¹ corr. fr. reg- P

mentiri, quam in his sine quorum fide vel notitia¹² Deus coli non potest, falli. Item¹³. Homo non solum quando scit ipse quid¹⁴ verum sit, sed etiam quando errat et fallitur sicut homo, hoc debet loqui quod animo gerit, sive illud verum sit sive putetur et non sit. Omnis autem qui mentitur, contra id quod animo sentit loquitur voluntate fallendi.
(cap. 18) IP 8.133 from Nemo sane mentiens

¹² vel not. CPBAM; om. S

¹³ (ibidem, c. 22) add. M²

¹⁴ quid PVBA; qui CR; quod SM

52*

²Augustinus in IX psalmo³

Nonnulli habent in labiis veritatem, et in corde non habent. Tanquam si aliquis dolose ostendat viam, sciens in ea esse latrones, et dicat, Si hac ieris a latronibus tutus eris, et contingat ut vere non ibi⁴ inveniantur latrones, verum ille locutus est, sed non in corde suo. Aliud enim putabat, et nesciens verum dixit. Ergo parum est verum loqui, nisi etiam in corde ita sit.

(ad vers. 3 Qui loquitur veritatem in corde suo) IP 8.134.

¹ Whole canon in mg. to P, marked for insertion after c 56

² Quod non sufficiat verum loqui, nisi et corde ita sentiatur add. as rubric M

³ in IX psalmo CPSHA; in VIII ps. B; psalmum XIV M

⁴ non ibi R²BHAM; non ibi non CR; ibi non PVS

53*

¹Hieronimus super psalmum VIII

Brevitatem promisimus, et necessitate compulsi sumus latius disputare, mentiti sumus, sed mendacium utilissimum est. Utinam Herodes mentitus esset et periuisset. Et nos igitur nunc minora promisimus, et orantibus vobis maiora prebuimus.

¹ De utilitate cuiusdam mendacii add. as rubric M

54*

¹Gregorius in Pastorali, lib. II²

Laudandi sunt simplices, quod studeant nunquam falsa dicere, sed admonendi sunt, ut neverint nonnunquam vera reticere. Sicut enim semper dicentem falsitas lesit, ita nonnunquam quibusdam audita vera nocuerunt. Unde coram discipulis Dominus locutionem suam silentio temperans ait, Multa habeo vobis dicere, sed nunc non potestis illa portare.
(admon. 12)

¹ Quod proposit aliquando vera tacere add. as rubric M

² II CPBSA; III M

55*

¹Augustinus de conflictu vitiorum atque virtutum, cap. 20

Modus tenendus est in loquendo, et ab ipsis nonnunquam utilibus verbis parcendum, sicut Psalmista dicit, Humiliatus sum, et silui a bonis.
(cap. 22)

¹ De eodem *add. as rubric M*

56*

¹Augustinus in libro Encheridion, cap. 22²

Diligentius considerata veritate, cum aliud nihil sit errare quam verum putare quod falsum est, falsum quod verum est, vel certum habere pro incerto, incertum vero pro certo³, sive falsum sive sit verum, idque tam sit in animo deforme atque indecens, quam pulchrum atque decorum esse sentimus vel in loquendo, vel in assentiendo est est, non non; profecto ob hoc ipsum est vita ista misera qua vivimus, quod ei nonnunquam ut non amittatur, error est necessarius.

(cap. 17).

¹ Quod nonnunquam in hac vita error necessarius est *add. as rubric M*

² libro Encheridion cap. 22 CPBSA; Enchiridio M

³ incertum vero pro certo *in mg. P*

57*

¹Augustinus super epistolam ad Galatas

Falsum dicere nihil licet, aliquando autem aliquid veri tacere utile est.
(in cap. 2) IP 8.131

¹ Quod verum tacere aliquando sit utile *add. as rubric M*

58

Ut multiplicita genera iuramentorum extirpentur¹. Ex concilio Meldensi, cap. 10

Ut² multiplex iuramentorum et periurorum confusio, per quam multorum fidelium anime in toto hoc regno perdite esse noscuntur, quam sit detestanda et Deo odibilis, attentius omnibus annuntietur. Tantum namque hoc malum est, ut ad sanctuaria martirum ubi diversorum egritudines sanantur, ibi periuri, licet manifeste, interdum vexari non videantur, iusto Dei iudicio a demonibus arripiantur. Et sicut sanctus Gregorius dicit, ad horum corpora egri veniunt et curantur, periuri veniunt et a demonio vexantur.

BD 12.1J

¹ Ut - ext. CPBS; Quod ad memorias martyrum periuri saepe a daemonio corripiantur M

² Ut CPBM; Et S

59

De illis qui nomen Dei in vanum sumunt. Ex dictis Hieronimi

Habemus in lege Domini scriptum, Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini Dei¹ tui, et, Ne assumas nomen Dei tui in vanum. Ideo admonendi sunt omnes, ut diligenter caveant periurium, non solum in altari seu sanctorum reliquiis, sed in communi loquela. Item. Cavendum est ne aliquis plus aurum honoret quam altare, ne ei² Dominus dicat, Stulte, quid maius est aurum, an altare, quod sanctificat aurum?³.

BD 12.2] (22, q. 1, c. Habemus.)

¹ Dei CPSM; om. B

² ne ei PVBS; ne C; om. R; cum R²; cum [ne ei] M, [Vict.] add. Fr

³ (Matth. XXIII) add. M

60

De illis qui per cupiditatem periurium fecerint. Ex Penitentiali Romano.

Si quis per cupiditatem periuraverit, omnes res suas vendat et pauperibus distribuat, et monasterium ingressus iugi penitentie se subdat.

BD 12.3]

61

De illis qui iubentibus¹ dominis suis periurium fecerint. Ex decret. Pii pape, cap. 2

Qui compulsus a domino periurat se sciens, utrique sunt periuri, et dominus et miles, dominus, quia precepit; miles, quia plus dominum quam animam dilexit. Si liber est, quadraginta dies in pane et aqua peniteat, et septem sequentes annos. Si servus est, tres quadragesimas et legitimas ferias peniteat.

(in fragm.). *BD 12.4] (22, q. 5, c. Qui compulsus.)*

¹ iub- CPBSM; vid- RH

62

De illis qui periurant se in manu episcopi, aut in cruce consecrata, aut non consecrata. Ex penitentiali Theodori¹

Qui periurat se in manu episcopi, aut in cruce consecrata, tres annos peniteat. Si vero in cruce non consecrata, unum annum peniteat. Qui autem seductus fuerit et ignorans se periuraverit, et postea cognoscit, tres quadragesimas peniteat.

BD 12.5] (22, q. 5, c. Qui periurat.)

¹ Ex – Theod. om. S, which also omits text of c 62 and insc. of c 63

63

De illis qui pro vita redimenda periurium fecerint. Ex penitentiali Romano

Si quis coactus pro vita redimenda, vel pro qualibet causa vel necessitate se periurat, quia plus corpus quam animam dilexit, tres quadragesimas peniteat. Alii iudicant tres annos, unum ex his in pane et aqua peniteat¹.

BD 12.6] (22, q. 5, c. Si quis coactus.)

¹ peniteat CRPBSH; om. M

64

De illis qui iniusta vota iuramento firmaverint. Ex concilio Toletano, cap. 9¹

Necesse est enim ut male iurans dignam penitentiam agat, eo quod nomen Domini contra preceptum illius sumpsit in vanum. Quia in Exodo scriptum est, Nec enim insontem habebit Dominus eum qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra. Et in Levitico, Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini tui; ego Dominus. Malum tamen quod facturum se sacramento devoverat omnino non faciat, quia stulta vota frangenda sunt.

(*Conc. Tolet. VIII, c. 2*). *BD 12.7] Ctp 3.22.30 (21, q. 5, c. Necesse.)*

¹ cap. 9 CPS; ? B; om. M

65

De eadem re¹. Ex decretis Fabiani pape, cap. 11

Quicumque sciens se periuraverit, quadraginta dies in pane et aqua, et septem annos sequentes peniteat, et nunquam sit sine penitentia, et nunquam in testimonium recipiatur, et post hec communionem percipiat.²

(*in fragm.*) *BD 12.8]*

¹ De eadem re CPBSH; De non recipiendo in testimonium periuro M

² perc- CRPBSM; rec- H

66

De eadem re¹. Ex decret. Pelagii pape, cap. 11²

Si quis se periuraverit, et alios sciens in periurium duxerit, quadraginta dies in pane et aqua, et septem sequentes annos peniteat, et nunquam sit sine penitentia. Et alii si consciit fuerint similiter peniteat; sin autem, singuli ut periurium non sponte commissum, peniteant.

BD 12.9] (22, q. 5. Si quis.)

¹ De eadem re CPBS; De poenitentia eius qui in periurium alios secum pertraxerit M

² cap. 11 CPBSHFr; om. M

67

Quod Deus sic iuramenta percepit¹ ut ille cui iurata fuerint². Ex dictis Isidori³

Sicut mentiri non potest, qui non loquitur, sic periurare non poterit, qui iurare non appetit. Cavendum igitur est iuramentum, nec eo utendum nisi in sola necessitate. Non est contra Dei preceptum iurare, sed dum usum iurandi facimus, periurii crimen incurrimus. Nunquam ergo iuret qui periurare timet. Multi dum loquuntur iurare semper delectantur, dum oporteat hoc tantum esse in ore Est est, Non non, amplius enim quam est et non est, a malo est. Multi ut fallant periurant, ut per fidem sacramenti fidem faciant verborum, sicque fallendo dum periurant et mentiuntur,

¹ -epit CP; -ipit R; ?B; -eperit S

² Quod - fuerint CPBS; Quod graviter delinquunt qui sibi loquentes iurare compellunt, et quid sit iurare Dei M

³ Ex - Is. CPBS; Isidorus M

hominem incautum decipiunt. Interdum et falsis lacrimis seducti decipimur, et creditur dum plorant, quibus credendum non erat. Plerumque sine iuramento loqui disponimus, sed incredulitate eorum qui non credunt quod dicimus, iurare compellimur, talique necessitate, iurandi consuetudinem facimus. Sunt multi ad credendum pigri, qui non moventur ad fidem verbi. Graviter autem delinquunt qui sibi loquentes iurare cogunt. Quacumque arte verborum quisque iuret, Deus tamen qui conscientie testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autem reus erit, qui⁴ et Dei nomen in vanum assumit, et proximum dolo capit. Non est conservandum sacramentum, quo malum incaute promittitur, veluti si quispiam adultere perpetuo cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum, quam permanere in stupri flagitio. Iurare est Dei⁵ illa providentia que statuit non evellere statuta. Penitentia autem Dei, rerum mutatio est. Non penitere autem, statuta non revocare; ut est illud, Iuravit⁶ et non penitebit eum, id est, que iuravit non mutabit.

(lib. II *De summo bono*, c. 31) BD 12.10] IP 8.114 from Iurare est Dei

⁴ qui CPBS; quia [qui] M, [orig. et Vict.] add. Fr

⁵ est Dei CPBS; Dei est M

⁶ Dominus add. M, om. CPBS

68

De illis qui se scienter¹ periuraverint. Ex penitentiali Theodori

Si quis suspicatur² ad periurium inducatur, et tamen ex consensu iurat, quadraginta dies peniteat et septem sequentes annos, et nunquam sit sine gravi penitentia.

BD 12.11]

¹ -ter CPS; -es M

² susp. CPBS; suspectus RH; susp. quod M

69

Quod unusquisque iejunus iurare debeat. Ex decreto Cornelii pape, cap. 5

Sed et nobis honestum etiam et iustum videtur, ut qui in sanctis audet iurare, hoc iejunus faciat cum omni honestate et timore Dei, et ut pueri ante quatuordecim annos non cogantur iurare.

BD 12.12] IP 8.104 from Pueri ante, IP 8.120A (22, q. 5, c. Honestum.)

70

De eadem re. Ex concilio Aurelianensi, cap. 10

Et hoc sancta sinodus decrevit, nisi pro pace facienda, ut omnes fideles ieuni ad sacramenta accedant.

BD 12.13]; IP 8.121

71

Qualem penitentiam periuri accipere debeant. Ex decretis Eutichiani pape, c. 26

Predicandum etiam, ut periurium fideles caveant, et ab hoc summopere abstineant, scientes hoc grande scelus esse, et in lege et prophetis in Evangelio

prohibitum. Audivimus autem quosdam parvipendere hoc scelus, et levem quodammodo periuris penitentie modum imponere. Qui etiam nosse debent talem de periurio penitentiam imponere debere, qualem et de adulterio, de fornicatione, de homicidio sponte commisso, et de ceteris criminalibus vitiis. Si quis vero perpetrato periurio, aut quolibet perpetrato criminali peccato timens penitentiam longam ad confessionem venire noluerit, ab ecclesia repellendus est, sive a communione et consortio fidelium, ut nullus cum eo comedat, neque bibat, neque oret, neque in sua domo eum recipiat.

(BD 12.14] (22, q. 1, c. Praedicandum.)

72

De illis qui per¹ capillum Dei aut per² caput iurant, vel alio modo blasphemia contra Deum immortalem utuntur. Ex decreto Pii pape, cap. 5

Si quis per capillum Dei vel per caput³ iuraverit, vel alio modo blasphemia contra Deum usus fuerit, si est ex ecclesiastico ordine, deponatur, si laicus, anathematizetur. Et si quis per creaturas iuraverit, acerrime castigetur, et iuxta id quod sinodus diiudicaverit, peniteat. Si quis talem hominem non manifestaverit, non est dubium quod divina condempnatione similiter coerceatur. Et si episcopus ista emendare neglexerit⁴, a sinodo corripiatur.

(in fragm.). BD 12.15] (22, q. 1, c. Si quis per capillum.)

¹ ss C

² per CPBSH; om. M

³ per caput CRH; caput PVBS; per caput [barbam] M

⁴ [al. acerrime] add. Fr

73

De iuramento Herodis. Ex dictis Hieronimi

Cum iuramento pollicitus est Herodes saltatrici dare quocumque postulasset ab eo. Si ob iusiurandum fecisse se dicit, si patris matrisque interitum postulasset, facturus erat, ac non? Quod in suis ergo repudiaturus fuit, contempnere debuit et in propheta.

(in c. 14 Matth.) BD 12.16]

74

De illis qui odium sempiternum inter se iuramento firmaverint. Ex concilio Hilerdensi, cap. 6¹

Qui sacramento se obligaverit, ut litiget cum quolibet, nec ad pacem ullo modo redeat, pro periurio uno anno a corpore et sanguine Domini segregetur, et reatum suum ieconiis et eleemosinis absolvat. Ad caritatem vero que operit multitudinem peccatorum celeriter redeat.

(BD 12.17] (22, q. 4, c. Qui sacram.)

¹ 6 CPSH; 5 B; 7 M

75

De illis qui¹ incaute iuraverint. Ex decretis Soteris pape, cap. 3

Si aliquid forte incautius nos iurasse contigerit quod observatum peiorem vergat in exitum, illud consilio² salubriori mutandum noverimus, ac magis instantे necessitate periurandum nobis, quam perfecto iuramento³ in aliud crimen maius esse divertendum.

BD 12.18J Ctp 3.22.31; IP 8.118 (22, q. 4, c. Si aliquid.)

¹ added C²

² cons- CPBS; conc- M

³ perfecto iur. CPBSH; pro vitando periuorio [perfecto (vel pro facto *add. Fr*) iuramento] M

76

¹Epistola² Fulberti episcopi

De forma fidelitatis aliquid scribere monitus, hec vobis que sequuntur breviter ex librorum auctoritate notavi. Qui domino suo fidelitatem iurat, ista sex in memoria semper³ habere debet⁴, incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile. Incolume videlicet, ne sit in dampnum domino de corpore suo; tutum, ne sit ei in dampnum de secreto suo, vel de munitionibus per quas tutus esse potest; honestum, ne sit ei in dampnum⁵ de sua iustitia, vel de aliis causis que ad honestatem eius pertinere videntur; utile, ne sit ei in dampnum⁶ de suis possessionibus; facile vel possibile, ne id bonum quod dominus suus leviter facere poterat faciat ei difficile, neve id quod possibile erat, reddat ei impossibile. Ut fidelis hec numenta caveat iustum est, sed non ideo casamentum⁷ meretur. Non enim sufficit abstinere a malo, nisi fiat quod bonum est. Restat ergo ut in eisdem sex supradictis consilium et auxilium domino suo fideliter prestet, si beneficio dignus videri vult, et salvus esse de fidelitate quam iuravit. Dominus quoque fideli suo in his omnibus vicem reddere debet. Quod si non fecerit, merito censebitur malefidus; sicut ille, si in eorum prevaricatione vel faciendo vel consentiendo deprehensus fuerit perfidus et periusus⁸.

(Ep. 85 ad Guillelmum Aquitaniae ducem) Augm. 4L, of Arundel 173, fo. 20v, cf Fowler-Magerl ZRG 1997, 177n] Ctp 3.22.32; IP 8.122 (22, q. 5, c. De forma fidelitatis.)

¹ De his qui fidelitatem dominis suis iurant. Ex *add. M*

² beati *add. RH, om. CPBSM*

³ in mem. semp. CPBS; semp. in mem. M

⁴ hab. deb. CPBM; deb. hab. S

⁵ in damp. RPBSHLM; *om. but with obsc. add. in mg. C*

⁶ ei in dampnum RPBSHLM; in dampnum domino C

⁷ casamentum CPV²S; casamentu B; cassamentum VHM; [causamentum] *add. M²*

⁸ perf. et peri. CPBS; peri. et perf. RHM

77

Qualiter sacerdotes iurare debeant. Epistola Cornelii pape, cap. 3

Cornelius episcopus, Rufo coepiscopo, in Domino salutem. Exigit dilectio tua, frater carissime, ut ex auctoritate sedis apostolice¹ tuis deberemus consultis respondere. Quod licet non prolixo, sed succincte agere festinaremus propter quasdam importunitates, que nostris prepedientibus peccatis in nos supervenere, tuis tamen per reliqua sanctorum patrum instituta studiis perquirere latius et investigare

¹ ut ex auct. sed. ap. ss V

committimus. Non enim potest mens attrita, et oneribus atque importunitatibus gravata, tantum boni peragere, quantum delectata et oppressionibus soluta. Non ergo ista ob id pretulimus, ut hec et alia que necessaria fore cognoverimus, tue sanctitati velimus denegare; sed quod hic minus invenitur, latius perquiratur. Sacramentum autem hactenus summis sacerdotibus vel reliquis Dei ministris exigi, nisi pro fide recta, minime cognovimus, nec sponte² eos iurasse comperimus. Summopere ergo sanctus Iacobus apostolus prohibens sacramentum loquitur dicens, Ante omnia, fratres mei, nolite iurare, neque per celum, neque per terram, neque aliud quodcumque iuramentum. Sit autem sermo vester Est est, Non non, ut non sub iudicio decidatis. Et Dominus in evangelio ait, Audistis quia dictum est antiquis, Non periurabis, reddes autem. Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, Non iurare omnino, neque per celum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum pedum eius est; neque per Hierosolimam, quia civitas magni regis est; neque per caput tuum, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum. Sit autem sermo vester, Est est, Non non. Quod his autem³ abundantius est, a malo est, id est ab exigente, et a iurante. Hec, frater carissime, ipse Dominus perhibet⁴, id est, non iurare debere. Hec⁵ apostoli maxime omnes, hec sancti viri predecessores nostri qui huic sancte universalis apostolice ecclesie prefuerunt, hec prophete, et reliqui sancti doctores per universum mundum dispersi ad predicandum iuramenta fieri⁶ vetant. Quorum nos exempla si ceperimus enumerare, aut in scedula hac inserere, ante deficiet hora diei quam eorum exempla de hac causa exhibita. Que nos sequentes sanctorum apostolorum eorumque successorum iura firmamus, et sacramenta incauta fieri prohibemus. Unde et ipse Dominus in tabulis lapideis quas Moysi dedit, propria manu scripsit dicens, Vide ne assumas nomen Dei tui in vanum, et reliqua. Unusquisque enim propriam conscientiam mundam debet servare Deo, et in memoria retinere, Os quod mentitur occidit animam. Et Apostolus ait, Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem membra; et alibi, Nolite mentiri invicem. Hec precepta sunt Salvatoris, hec prophetarum, hec sanctorum patrum instituta, que si quis in vanum duxerit, hostis est anime sue, quia nemo contra prophetas, nemo contra Apostolum, nemo contra Evangelium facit aliquid absque periculo.

(epist. 2) BD 12.19]

² [spontaneos, orig.] add. Fr

³ his autem CPS; autem his M

⁴ perhibet CPS; prohibit M, [perhibet] add. M², [Vict.] superadd. Fr

⁵ frater carissime - Hec CPSM; om. B

⁶ in mg. C

78

De illis qui sacramentum regis violant. Ex dictis beati Augustini

Si quis¹ laicus iuramentum violando profanat quod regi et domino suo iurat, et postmodum perverse eius regnum et dolose tractaverit, et in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur, quia sacrilegium peragit, manum suam in christum Domini mittens, anathema sit, nisi per dignam satisfactionem penitentie emendaverit, sicuti constitutum a sancta sinodo est, id est seculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat, et peniteat omnibus diebus vite sue. Verumtamen communionem in exitu vite cum eucaristia accipiat. Episcopus vero, presbiter, vel diaconus, si hoc crimen perpetraverit, degradetur.

¹ clericus add. and canc. H

BD 12.21] (22, q. 5, c. Si quis laicus.)

79

De illo qui audierit vocem periurantis, et assensum prebet. In Levitico legitur¹

Anima que peccaverit, et audierit vocem periurantis, et testis fuerit, quod aut ipse vidit aut conscientis est, nisi indicaverit, portabit iniquitatem².

BD 12.22]

¹ In - leg. (added S²) CPBS; Levi. ca. 5 M

² suam add. M, om. CPBS

80

Quod definitio incauta solvenda sit¹. Ex concilio Eliberitano, cap. 1

Definitio incauta laudabiliter solvenda², nec prevaricatio est, sed temeritatis emendatio.

(in fragm). *BD 12.25] Ctp 3.22. 33 (22, q. 4, cap. Definitio.)*

¹ sed temeritas corrigenda add. M

² [dissolvitur] add. M²

81

De eadem re. Ex eodem¹, cap. 3

Si puella sita in puerili estate in domo patris, illo nesciente, se iuramento constrinxerit, et si pater statim ut audierit contradixerit, vota eius et iuramenta irrita erunt, et facilius emendabitur.

(ibidem) *BD 12.26] IP 8.105*

¹ concilio add. M, om. CPBSH

82

De eadem re. Ex concilio Aurelianensi, cap. 2

Iuramentum filii et filie nesciente patre, et vota monachi nesciente abbatem, et iuramenta pueri irrita sunt.

BD 12.27] IP 8.106

83

Ut¹ omnibus modis cavendum sit² mendacium

Gregorius dicit. Noli, fili, negare gratiam Dei, ne incurras pro bono in malum, pro humilitate in mendacium. Cavendum namque est omnibus modis mendacium, sive pro malo, sive etiam pro bono proferri videatur, quia omne mendacium non est ex Deo, sed sicut Salvator dicit, a malo est.

BD 12.28]

¹ Ut CPS; om. M

² sit CPS; esse M

84

Item de iuramento¹. Ex concilio Toletano²

Etenim dum periurare compellimus, Creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus. Cum vero noxia promissa complemus, et Dei iussa superbe contempnimus, et proximis impia crudelitate nocemus, et nos ipsos crudeliore mortis gladio trucidamus. Illic enim duplici culparum telo percutimur, hic tripliciter iugulamur. Restat ergo ut eo nostra perget sententia, quo misericordie patuerit via. Que ita Domino probatur accepta ut plus eam cupiat quam sacrificia veneranda, dicente ipso, Misericordiam volo et non sacrificium. Hac indulgentie concessa licentia, miserationis ipsius opus in gloriosi principis potestatem redigimus, ut quia Deus illi miserendi aditum patefecit, remedia pietatis ipse quoque non deneget. Que ita principali discretione moderata persistant, ut et illis ita sit misericordia contributa, ut et nusquam gens aut patria per eosdem aut periculum quodcumque perferat, aut iacturam. Hec miserationis obtentu temperasse sufficiat. Ceterum iuramenta pro regie potestatis salute, vel constitutione gentis et patrie, que hactenus sunt exacta, vel deinceps extiterint exigenda, omni custodia omnique vigilancia indissolubiliter decernimus observanda, membrorum truncatione mortisque sententia religione penitus absoluta. Sed ne pravarum mentium versuta nequitia nosmetipsos ad periurii aliquando provocet culpam, nec a sancte fidei regula hanc asserat venire sententiam, tam divine auctoritatis oracula quam precedentium Patrum huic narrationi curavimus innectenda.³ Sic enim per Ieremiam dicit, Repente loquar adversus gentem et adversus regnum ut eradicem et disperdam illud. Si penitentiam egerit gens illa a malo suo quod locutus sum adversus eam, agam et ego penitentiam super malo quod cogitavi ut facerem ei. Et per Ezechiel, Si dixero, inquit, iusto quod vita vivat, et confisus in iustitia⁴ sua fecerit iniuriam, omnes iustitie eius oblivioni tradentur, et in iniuriam sua quam operatus est, in ipsa morietur. Si autem dixero impio, Morieris, et egerit penitentiam, vita vivet et non morietur. Si ergo nostra conversio sic divinam mutat sententiam, cur miserorum tante lacrime vel pressure tam crudam non temperent ex miseratione vindictam?

BD 12.29a]

¹ servando vel non servando *add.* M

² VIII, cap. 2 *add.* M

³ (*Ibid.*, paulo post.) *add.* M²

⁴ [conversus a justitia] *add.* M²

85

De his qui contra episcopos suos conspiraverint. Ex epistola Calixti pape ad omnes Gallie episcopos

Conspirationum vero crimina vestris in partibus vigere audivimus, et plebes contra episcopos suos conspirare nobis mandatum est. Cuius criminis astutia, non solum inter Christianos abominabilis est, sed etiam inter ethnicos, et ab exteris lege prohibita. Et idcirco huius criminis reos, non solum ecclesiastice, sed etiam seculi dampnant leges, et non solum conspirantes, sed et consentientes eis. Antecessores vero nostri cum plurima turba episcoporum quicumque eorum in sacerdotali ordine sint constituti, aut existunt clerici, honore quo utuntur carere preceperunt; ceteros vero communione privari, et ab ecclesia extorres fieri iusserunt, et non solum facientes, sed¹ eis consentientes.

¹ et *add.* SM, *om.* CRPVH

BD 10.64] (I, q. 1, c. Conspirationum.)

86

De eadem re. Ex concilio Tungrensi¹, cap. 5²

Quisquis per dolum mittit manum suam in christum Domini, episcopum videlicet, patrem et pastorem suum, quia sacrilegium grave committit, et qui ecclesiam Dei devastat et incendit, quia et hoc sacrilegium est, placuit sancte sinodo, ut in uno loco, id est in monasterio, peniteat omnibus diebus vite sue.

BD 10.65] (24, q. 3, c. Quisquis.)

¹ Tungrensi CPS; ? B; Tongrensi VHM, [al. Gangrensi] *add. Fr*

² cap. 5 CPVBM; cp. 6 H; *om. S*

87

De clericis vel monachis coniurantibus vel conspirantibus contra episcopum suum.

Ex concilio Calcedonensi, cap. 15¹

Si qui ergo² clerici vel³ monachi reperti fuerint coniurantes, aut conspirantes, aut insidias ponentes episcopis aut clericis, gradu proprio penitus abiiciantur.

BD 10.68] IP 4.35B (11, q. 1, c. Si qui clerici. [c 23])

¹ 15 CPBS; 18 M

² *add. ss C²*

³ vel CRPBSM; <a>ut H

88

De eadem re. Ex concilio Toletano, cap. 8

Igitur si clerici aut monachi inventi fuerint coniurati, aut per coniurationem calumniam machinantes¹ episcopis vel clericis, proprium amittant gradum.

(conc. Tol. X, c. 2). BD 10.69] IP 4.35A (11, q. 1, c. Si clerici.)

¹ [conspirantes] *add. M²*